



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Titulus, iura, & redditus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

An verò separatæ omnia, & qua di-
stantia.

De delineatione.

Quæcunq; ex his delineatione com-
mostrari commodè non possunt,
commonstrentur breuibus ver-
bis descriptis in folio separato à charta
eiusmodi delineationis.

Si quæ fabricæ designatæ sunt, aut de-
cretæ in visitatione, quibus aliquid mu-
tandum sit de forma constructionis, vel
Ecclesiæ, vel Capellæ quæ nunc est; vel
designetur, ac commonstretur lineis al-
terius coloris à delineatione formæ quæ
nunc est; vel verbis explicetur in folio
illo separato.

In mensuris describendis seruetur vbi-
que ratio cubiti & vnciarum, ad ratio-
nem & mensuram infra descriptam.

Formula eiusdem descriptionis.

LA Chiesa di S.N. de N. plebe di N.
qua inclusa, all'ingresso di essa de-
scende onze.

È fatta in volta.

La volta è alta sopra il pavimento cu-
biti . . .

Ha tre archi, & quattro campi.

Li campi sono larghi cubiti . . per cia-
scuno.

Li pilastri de gli archi sono larghi cubi-
ti 3. per ciascuno, e nelli capi gli sono
i refalti di cubiti.

Della Capella Maggiore.

E Alta sopra il pavimento della Chic-
sa vno cubito.

È in volta.

La volta sopra il pavimento di essa è al-
ta cubiti . . .

Ha due fenestre i testa fuora dell'altare.

La bradella è alta sopra il pavimento di
essa cubiti . . .

Ha la ferrata all'ingresso.

Delle Capelle ò Altari.

LA Capella signata A, di San Giouan-
ni è in volta.

Alta cubiti . . .

La bradella è sopra il piano della Chic-
sa onze . . .

La Capella signata B, di Santa Lucia è
in volta, & è alta cubiti . . .

Il pavimento di essa è alto sopra il pau-
imento della Chiesa onze . . .

La bradella è alta sopra il pavimento di
essa onze . . .

Ha due fenestre laterali in essa.

La Capella signata C, del Battisterio
descende onze . . .

Ha una fenestra sola verso ponente.

L'Altare signato D, di S.N. è alto sopra
il pavimento uno scalino di onze . . .

& vna volta sopra con due colonne
alta cubiti . . .

La bradella di esso è alta sopra esso on-
ze . . .

L'Altare signato E, di S.N. è solo con la
bradella alta onze . . .

Non ha capocielo.

La Capella signata F, di S.N. ha la bra-
della sola sopra il pavimento alta
onze . . .

È in volta alta cubiti . . .

Ha due fenestrole da lati dell'Altare.

L'Altare signato G, ha la bradella sola
sopra il pavimento alta onze . . .

e la ferrata è piantata nel pavimeto.

Non ha capocielo.

Il Campanile ha due campane.

La Sacristia è alta cubiti . . .

È in volta.

Ha sotto le voltine.

È asciutta.

Ha due fenestre à oriente.

Il lauatorio presso all'uscio.

L'Oratorio verso oriente in vn canto-
ne.

Titulus, iura, & redditus.

Secundò ponatur titulus Sancti, in cu-
ius honorem denominata est Ecce-
lesia; tum etiam titulus, quo dignoscitur
status, & qualitas Ecclesiæ; scilicet si pa-
rochialis, si dignitas, si collegiata Ec-
clesia sine cura animarum, vel si cum cu-
ra, explicetur cui incumbat onus curæ:
tum etiam ponantur aliæ prærogati-
uæ, priuilegia, & alia eiusmodi: si quis
etiam ius patronatus aliquod in eâ præ-
tendat; & quo iure.

Hh Po

Cubitus, quo vniuersumque Ecclesie dimensum sciendū est, constat vniuersi viginti quatuor.
Eius tertius pars, in vncias octo diuisa, hæc est.

Ponantur petiæ terræ singulæ, cum explicatione cuius status sint; campus scilicet, vel vinea, vel pratum, eorum qualitas, & quæ iura aquarum &c. Arborea, seruitutes actiua & passiva, coherentie quatuor, cum expressione partis orientalis, meridiei, septentrionalis, & occidentalis. Mensura perticatus.

Titulus originalis, ac modernus possessionis, vel alterius iuris, etiam cum oneribus iniunctis; si quod onus; in quibus; etiam per rogatus instrumentorum; per quos Notarios; quo tempore; & an sint penes ipsum describi facientem.

Tum denique redditus annuus communiter cuiusque petiæ, si possit explicari sigillatim; alioquin ponatur omnium simul, & vno anno computato cum alio. Designatio item & delineatio ad formam præscribendam; saltem vbi de facili confines confundi possunt.

Redditus Emphiteotici.

Si sint redditus Emphiteotici illius ecclesiæ vel altaris; explicet quid, & quantum solvatur quotannis; & a quo, & quo nomine; & vnde constet, hoc modo.

N. quotannis solvere tenetur fictum vni emphiteoticum librarum numer. N. vel modiorum num. N. tritici, vel mixturæ, aut cuiuslibet alterius rei, super petiæ terræ, campi, vel vineæ N. sitæ in territorio N. vbi dicitur N. & describantur locus, & mensura perticarum, & coherentiæ omnes; ac fiat designatio, & delineatio, prout dictum est de petiæ terræ, quæ plene sit Ecclesiæ; exprimaturs origo, & descensus emphiteosis à primo emphiteota ad vltimum; & cum oneribus celebrationis diuinorum, & aliorum, si quod tale ex legato, vel aliter incumbit.

Adiecta memoria instrumentorum dicta de causa, ac successu totius temporis dictæ emphiteosis rogatorum; cum specificatione notariorum qui ea rogant, ac temporis rogatus; & si talia instrumenta reperiuntur penes beneficiatum, & seu aliam personam.

Decimæ.

Si sint etiam Decimæ, describantur hoc modo. Cómunitas N. ecclesiæ meæ S. N. decimas in annos singulos solvere tenetur, nimirum, vel ex quibuslibet Decem, vel ex quindecim, vel ex viginti vnam, de omnibus fructibus quos ex suo

territorio percipit; idque ex antiquissima consuetudine, vel ex obligatione ab ipsa communitate facta; vt patet instrumento rogato per N. notarium &c.

Si non persoluantur decimæ de omnibus fructibus, loco dictionis illius vniuersalis (ex omnibus) particularia nomina earum rerum ex quibus decimæ persoluantur, exprimantur: verbi gratia, ex milio, frumento, vino, lacte, &c.

Si non solvatur per totam communitatem, sed per nonnullos particulares duntaxat, loco dictionis, (communitas) nomina eorum describenda erunt, qui ad id tenentur.

Si quispiam, non ex omnibus fructibus quos de bonis suis percipit, decimas persolvere teneretur, sed tantum ex determinata petiæ terræ, vineæ, &c. loco eius quod dicitur; (ex toto eius territorio) illa solum petiæ terræ vel pars territorij obnoxia decimæ, & situs exprimaturs: & eo modo describatur quo, & reliqua bona, scilicet posita mensura, & coherentijs.

Si tota communitas decimas persolvere tenetur, & aliquis solvere recuset, quia se ab hoc onere exemptum esse præten dit; vel si quis aliter quàm ceteri persoluat: exemptionis suæ præten siones si quas habet, in alia charta eiusdem libri seorsum, aut in fine omnium iurium quæ illa Ecclesiæ pacificè possidet perscribat eadem forma; appositis rationibus siue præten sionibus Ecclesiæ contra hosce exemptionem præten dentes, & renitentes: adiecto tempore ex quo illi non soluerint, qui se exemptos existimant.

Si generaliter vel particulariter Decimæ conuentionales præstentur, exprimaturs, à quibus hæ præstendæ sint: an ex instrumento cum superiorum consensu & auctoritate id appareat: præterea tempus rogatus instrumenti adiciatur, ac notarii rogati nomen: vel si conuentionales nuncupentur, quia sic vsus obtineat; & quamdiu talis consuetudo sit in vsu; & si cum ecclesiæ iactura introducta sit, quia minus persoluator quàm ab alijs. Quæ omnia pariter in dicto folio separato eiusdem libri describantur.

Nam quid decimæ persoluantur in agro vel

vel postquam fructus à solo separati
sint, aut in horreum congesti, aestima-
tione tamen facta in agro, vel ad discre-
tionem partium.

Et an hoc in Ecclesiæ detrimentum ce-
dat, etiam seorsum in dicto folio libri
separato erit annotandum.

Primitia.

Si solvantur primitiæ, describantur
hac forma. Communitas loci N. subie-
cta ecclesiæ sancti N. plebis N. ei quot-
annis persoluit modia mixturæ, siligi-
nis, & millii, vel frumenti, numero N.
vel tot modia, numero N. trium blado-
rum mixturæ, vel quiduis aliud, per sin-
gulas familias, aut per singula capita
prout in facto erit; & omnes eius com-
munitatis particulares homines dictas
primitias indistinctè persoluant.

Quod si quis non persolvere deprehen-
datur, apponatur particula, hoc, & illo
excepto qui non soluit; ac tamen est
(numero annorum expresso) quod non
soluit; aut persolvere recusavit; hac, vel
illæ de causa, quæ seorsum in folio sepa-
rato eiusdem libri, aut in fine eorû qua
plene possidentur, exprimat; omnibus
item iuribus parochi contra præfatos
si quæ habet adiectis.

Quod si id instrumeto obligationis cau-
tum sit, similiter exprimat, dicendo;
prout constat instrumeto rogato per
N. notarium &c.

Quod si is sit mos antiquus persoluen-
di, similiter exprimat, sic more anti-
quo receptum esse.

De libris.

Si præter eas terras, libellos, decimas,
primitias, & iura, quæ possidet in ea Ec-
clesia uel altari pacificè, sint aliqua quæ
possidet quidem, sed super eis vexatur
lite; aut etiam non possidet, præterdit
tamen ius habere in illis, sua esse; siue
illæ terræ sint, siue fictum libellarium,
siue decimæ, siue primitiæ, siue ius aqua-
rum, siue aliud quidquam: ponatur in
eodem libro seorsum, vel alio folio, in
fine eorum quæ possidet pacificè; ex-
presso temporis spatii quo non possi-
det, & causa etiam, & ratione, prætex-
tue quo alij occupant, aut ab illa Ec-
clesia eximere & usurpare procurant,
contendantve lite; tum iura etiam Ec-
clesiæ in contrarium facientia, siue in-
strumenta sint, siue antiqua possessio,

consuetudove.

Si alicubi decimæ vel primitiæ per ali-
quam communitatem, vel per alios par-
ticulares laicos homines exigantur; id
ipsum seorsum in eodem folio adnote-
tur; adductis rationibus huiusmodi exa-
ctationis decimarum ac primitiarum.

De decimis
& primitiis
laicorum.

Quod si beneficiatus aduersus eos præ-
tensionem aliquam habet, eam in idem
referat.

Si sint notandæ eleemosinæ, seruetur **Eleemosinæ**
forma infra præscripta.

Eleemosinæ quæ singulis annis tali lo-
co plebis N. distribuuntur.

Syndici talis loci, siue prior, discipulive
talis scholæ, vnoquoque anno pauperi-
bus talis loci distribuunt sextarios tot
frumenti, mixturæ, alteriusve rei; aut
tot brentas vini; vnicuique pauperi ero-
gando panem vnum, vel tantum frumen-
tum; siue eleemosina à tali persoluitur,
& legata fuit à tali, testamento, siue in-
strumento rogato à tali Notario, tali
die, mense, & anno.

Si autem huiusmodi eleemosina paupe-
ribus non diuiditur, sed omnibus; vbi di-
citur (Pauperibus) scribatur, omnibus
& singulis vniuersitatis dictæ, siue om-
nibus focis.

Si dicta eleemosina fiat ex fructibus bo-
norum vniuersitatis, bonorumve reli-
ctorum alicuius Testatoris legato; vbi
dicitur (quæ persoluitur, & legata fuit)
dicat, quæ est ex fructibus talium bono-
rum relictorum à tali, siue vniuersitatis,
positorum tali in loco, describendo vt
in formula notarum de bonis.

Si aliquis tenetur facere eleemosinam
quotannis, vel tantum semel, aut alio
modo, & ille non exequatur; Parochus,
vel Vicarius nota aliqua significet, ex-
primatque folio certo causam qua non
soluerit, & quotannis huiusmodi elee-
mosinam non dederit.

Si Parochus huiusmodi eleemosinas ab
aliis, quam ab iis qui distribuunt, aut ali-
ter quam distribuuntur, distribuendas
censuerit; folio certo distincto distinctè
perscribat, & mittat simul cum notis.

Si aliqua merces detur illis qui eleemo-
sinas partiuntur, Syndicis, vel Priori,
vel scholaribus; dicatur, ob laborem hu-
iusmodi distributionis, quam ex dicta

Hh 2 elec-

eleemofina faciunt, datur illis hæc merces ex illa eleemofina.

Libri de statu hospitalium.

In ijs libris, præsertim de locis pijs, inter alia describatur summatim hæc, si possit.

Foundationes.

Erectiones.

Confirmationes.

Statuta.

Regulæ.

Priuilegia.

Ad quem spectat confirmatio, electiove

Præfectorum, seu Deputatorum.

Ordinationes quæcunque.

Libri status Ecclesiarum Regularium.

In Ecclesiarum Regularium statu, describat etiam hæc præter alia.

Redditus em-
phiteotici.

Redditum Monasterij summatim.

Numerum Religiosorum qui consueverunt ibi morari.

Tum inter illos quot sacerdotes.

Quot Missæ quotidie celebrentur communiter.

Libri status Monialium.

In statu verò Monialium, siue exemptarum, siue quouis modo subiectarum iurisdictioni Archiepiscopi, describat constitutionem numeri earum factam ex Decreto Trident. & Congregationis; & quando; & à quo facta sit; & quomodo de ea constet.

Tum etiam an consueverint retinere puellas educendas.

Libri de iuribus Archiepiscopalibus.

De iuribus autem Archiepiscopalibus, præter librum Inuentarij bonorum & Iurium Mensæ Archiepiscopalis, habeat hos etiam libros, & scripturas.

Librum authenticum omnium instrumentorum ad mensam Archiepiscopalem pertinentium hucusque factorum, cum indice.

Item alium similem authenticum om-

nium eorum quæ deinceps fient, cum indice.

Librum etiam Inuentarij scripturarum authenticarum, & instrumentorum omnium, de fictis libellariis, decimis, & aliis quibusque ad eandem mensam pertinentibus, cum indice alphabetico ordine materiarum.

Habeat etiam libros infra scriptos ad Vallem foldam pertinentes.

Librum, in quo sint registrata iura Archiepiscopalia in illam Vallem.

In alio libro Statuta Vallis, & Priuilegia, Reformationes, & Decreta Archiepiscopalia, proclamata & edicta.

In alio libro.

Deputationes Auditorum.

Prætorum.

Fiscalium.

Notariorum.

Syndicorum.

Habeat Registra literarum ad illa loca in regimine temporali.

Filcias literarum ab illis partibus ad Archiepiscopum, & Auditorem.

Registrum gratiarum, licentiarum, & expeditionum.

Librum Memorialium summarium.

Eilciam Memorialium inde ad Archiepiscopum, vel ad ministros eius.

Habeat libros & scripturas ad iurisdictionem Archiepiscopalem aut Ecclesiasticam pertinentes, vt infra.

Libros processuum singulorum expletorum, cum indice alphabetico causarum principaliter respicientium ipsam iurisdictionem expressè, vel eius violationem directè, non autem incidenter.

Filcias informationum, literarum patentium, & aliarum scripturarum ad id pertinentium.

Acta Congregationum super huiusmodi causis.

Registra literarum ad Urbem Romam super his.

Filcias literarum super his ab vrbe Roma factas super his; seriem cuiuscunque causæ gravioris in librum relatum, etiam quò ad registra, & filcias literarum, & alias eiusmodi scripturas.

Indicem Causarum, & processuum, & scripturarum, quæ indirectè pertinent ad